

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja krakowska

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 57vb-58ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 117 [Gn. 112]

[117] Extunc mercatores dicebant ad cesarem, quod libenter scire vellent, in quo permanere possent. Tunc iudicavit ipsos imperator cum consilio Romanorum ad aquas navipotentes, quod edificarent civitates firmas cum turribus. Tunc plus dixerunt ad imperatorem, quod libenter scirent, quo iure stare deberent. Extunc imperator dedit ipsis tale ius, quale cottidie in sua curia solebat habere. Et hoc confirmavit eis cum consilio Romanorum et veridicis signis. Et suam manum ex/k. 58ra/hibeat, quam apprehendit quidam mercator, et dextram cirothecam sibi de manu traxit, super quo pax beati Petri fuit confirmata. Quod hucusque permanet in exemplum, ubi nove civitates edificantur super forum. In eo probatur et apparet, quod cum voluntate regis est factum. Sic ex quo municipale ius ab antiquo hucusque permansit et ab Imperio confirmatum et nomen obtinuit usque ad diem presentem.

[hasła: kupiec, cesarz, rzymianin, św. Piotr, miasto, rynek, krzyż, wola, król]